

INTROIT Psalms 69: 2, 3

Deus, in adiutorium meum intende: Domine, ad adjuvandum me festina: confundantur et revereantur inimici mei, qui quaerunt animam meam. (Ps. 69: 4) Avertantur retrorsum, et erubescant: qui cogitant mihi mala. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen. Deus, in adiutorium meum intende: Domine, ad adjuvandum me festina: confundantur et revereantur inimici mei, qui quaerunt animam meam.

COLLECT

Omnipotens at misericors Deus, de cuius munere venit, ut tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter serviatur: tribue, quaesumus, nobis: ut ad permissiones tuas sine offensione curramus. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

For St. Agapitus, Martyr

Lætetur Ecclesia tua, Deus, beati Agapiti Martyris tui confisa suffragiis: atque, ejus precibus gloriosis, et devota permaneat et secura consistat. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

EPISTLE 2 Corinthians 3: 4-9

Fratres: Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum: non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est: qui et idoneos nos fecit ministros novi testamenti: non littera, sed spiritu: littera enim occidit, spiritus autem vivificat. Quod si ministratio mortis, litteris deformata in lapidibus, fuit in gloria; ita ut non possent intendere faciem Moysi, propter gloriam vultus ejus, quae evacuatur: quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis gloria est: multo magis abundat ministerium justitiae in gloria.

GRADUAL Psalms 33: 2-3

Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo. In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, et laetentur. (Ps. 87: 2) Alleluja, alleluja. Domine Deus salutis meae, in die clamavi et nocte coram te. Alleluja.

GOSPEL Luke 10: 23-37

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Beati oculi, qui vident quae vos videtis. Dico enim vobis, quod multi prophetae et reges voluerunt videre quae vos videtis, et non viderunt: et audire quae audistis, et non audierunt. Et ecce, quidam legisperitus surrexit, tentans illum, et dicens: Magister, quid faciendo vitam aeternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respondens, dixit: Diliges Dominum, Deum tuum, ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis; et ex omni mente tua: et proximum tuum sicut teipsum. Dixitque illi: Recte respondisti: hoc fac, et vives. Ille autem volens justificare seipsum, dixit ad Jesum: Et quis est meus proximus? Suscipiens autem Jesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Jerusalem in Jericho, et incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum: et plagis impositis abiierunt, semivivo relicto. Accidit autem, ut sacerdos quidam descenderet eadem via: et viso illo praeterivit. Similiter et levita, cum esset secus locum et videret eum, pertransiit. Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: et videns eum, misericordia motus est. Et adpropinquans, alligavit vulnera ejus, infundens oleum et vinum: et imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, et curam ejus egit. Et altera die protulit duos denarios et dedit stabulario, et ait: Curam illius habe: et quodcumque supererogaveris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Jesus: Vade, et tu fac similiter.

OFFERTORY Exodus 32: 11, 13, 14

Precatus est Moyses in conspectu Domini Dei sui, et dixit: Quare, Domine, irasceris in populo tuo? Parcae irae animae tuae: memento Abraham, Isaac, et Jacob, quibus jurasti dare terram fluentem lac et mel. Et placatus factus est Dominus de malignitate, quam facere populo suo.

SECRET

Hostas, quaesumus, Domine, propitius intende, quas sacris altaribus exhibemus; ut nobis indulgentiam largiendo, tuo nomini dent honorem. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

For St. Agapitus, Martyr

Suscipe, Domine, munera, quae in ejus tibi solemnitate deferrimus: cujus nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

COMMUNION Psalms 103: 13, 14-15

De fructu operum tuorum, Domine, satiabitur terra: ut educas panem de terra, et vinum laetificet cor hominis: ut exhilaret faciem in oleo, et panis cor hominis confirmet.

POSTCOMMUNION

Vivificet nos, quaesumus, Domine, hujus participatio sancta mysterii: et munere nobis expiationem tribuat, et munimen. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

For St. Agapitus, Martyr

Satiasti, Domine, familiam tuam munere sacris: ejus, quaesumus, semper interventio nos refove, cujus sollemniam celebramus. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

Incline unto my aid, O God: O Lord, make haste to help me: let my enemies be confounded and ashamed, who seek my soul. (Ps. 69: 4) Let them be turned backward and blush for shame, who desire evils to me. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Incline unto my aid, O God: O Lord, make haste to help me: let my enemies be confounded and ashamed, who seek my soul.

O almighty and merciful God, of whose gift it comes that Thy faithful people do unto Thee worthy and laudable service: grant unto us, we beseech Thee, that we may run without stumbling towards the attainment of Thy promises. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

May Thy Church, O Lord, rejoice, trusting in the intercession of Thy blessed martyr, Agapitus, and, through his glorious prayers, let it continue devout and be established in security. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, Such confidence we have through Christ towards God. Not that we are sufficient to think anything of ourselves, as of ourselves: but our sufficiency is from God. Who also hath made us fit ministers of the new testament, not in the letter, but in the spirit: for the letter kills, but the spirit quickens. Now if the ministration of death, engraven with letters upon stones, was glorious, so that the children of Israel could not steadfastly behold the face of Moses, for the glory of his countenance which is made void: how shall not the ministration of the spirit be rather in glory? For if the ministration of condemnation be glory, much more the ministration of justice abounds in glory.

I will bless the Lord at all times: His praise shall ever be in my mouth. In the Lord shall my soul be praised: let the meek hear, and rejoice. (Ps. 87: 2) Alleluia, alleluia. O Lord, the God of my salvation, I have cried in the day, and in the night before Thee. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: Blessed are the eyes that see the things which you see. For I say to you, that many prophets and kings have desired to see the things that you see, and have not seen them; and to hear the things that you hear, and have not heard them. And behold a certain lawyer stood up, tempting Him, and saying: Master, what must I do to possess eternal life? But He said to him: What is written in the law? how do you read it? He answering, said: Thou shalt love the Lord thy God with thy whole heart, with thy whole soul, and with all thy strength, and with all thy mind, and thy neighbor as thyself, And He said to him: Thou hast answered rightly: this do, and thou shalt live. But he, willing to justify himself, said to Jesus: And who is my neighbor? And Jesus answering, said: A certain man went down from Jerusalem to Jericho, and fell among robbers, who also stripped him, and having wounded him, went away, leaving him half dead. And it chanced that a certain priest went down the same way, and seeing him, passed by. In like manner also a Levite, when he was near the place and saw him, passed by. But a certain Samaritan being on his journey, came near him, and seeing him, was moved with compassion, and going up to him, bound up his wounds, pouring in oil and wine, and setting him upon his own beast, brought him to an inn, and took care of him. And the next day he took out two pence and gave to the host, and said. Take care of him, and whatsoever thou shalt spend over and above, I, at my return, will repay thee. Which of these three, in thine opinion, was neighbor to him that fell among robbers? But he said: He that showed mercy to him. And Jesus said to him: Go and do thou in like manner.

Moses prayed in the sight of the Lord his God, and said: Why, O Lord, is Thine indignation enkindled against Thy people? Let the anger of Thy mind cease; remember Abraham, Isaac, and Jacob, to whom Thou didst swear to give a land flowing with milk and honey. And the Lord was appeased from doing the evil which He had spoken of doing against His people.

Graciously look upon the sacrifices, we beseech Thee, O Lord, which we present upon Thine altar: that while they obtain pardon for us, they may give honor to Thy name. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Receive, O Lord, the gifts which we present to Thee on the feast day of him by whose patronage we hope to be delivered. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

The earth shall be filled with the fruit of Thy works, O Lord, that Thou may bring bread out of the earth, and that wine may cheer the heart of man; that he may make the face cheerful with oil; and that bread may strengthen man's heart.

May the holy reception of this mystery, we beseech Thee, O Lord, pardon us: and may it win for us both pardon and protection. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Thou hast satisfied, O Lord, Thy household with holy gifts: ever cherish us, we beseech Thee, through the intercession of him whose festival we are keeping. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.